

Heinrich Kalteisen

Predigt zum Dreifaltigkeitssonntag
Gehalten am Basler Konzil (15. Juni 1432)



[...] **E**t probat Pseustis conclusionem quo ad primam eius partem, scilicet quod reformatio ecclesiastici status sit impossibilis. Nam multitudo peccantium incorrigibilis est (Seneca de vita beata). **E**t si potest Ethiops mutare pellem suam et pardus varietatem suam, et vos malum dimittere potestis, quod facere didicistis (Jer. iii. c.). Impossibile etiam est, quod non veniant scandala (Luce xvii). Firmiter ergo assero, quod nequaquam fiat ecclesie generalis reformatio, nisi prius occiso antichristo magno. **T**unc enim fiet unum ovile et unus pastor, cum ecclesia ad Christum cum synagoga et multitudine gentium perfecte convertetur, opinatur venerabilis magister Heynricus de Hassia in tractatu de periculis ecclesie novissimis.

Ad quod Alathia, synodus hec sacra, fateor: **O** Pseustis, que dicis non simpliciter impossibilitatem sed difficultatem importare. Nam perversi difficile corriguntur (Eccl. i). Quod enim impossibile est apud homines, possibile est apud deum (Mk. x). **U**bi discipulis querentibus, quis potest salvus fieri, eo quod salvator dixerat: Quam difficile est divitem intrare regnum dei. Quod namque ab omnibus perpetratur, ab omnibus manet inultum (Crisostomus super Mt. c. i). **U**bi quoque omnes sordent, unius fetor minus sentitur (Bernardus ad Eugenium libro i. in fine).

Victo itaque Pseusti in prima materia reformationis, iam optat solem occumbere, timens in aliis similiter succumbere dicens ex egloga Theodoli:

Quadrupes Phebi, id est quatuor partes diei, quae cogit causa morari?

Quid vesper cessas? Saturarunt prata capellas,
ruminat omne pecus, nescit procedere Phebus.

Cede dies celo, quia nescit cedere virgo.

Ad quem Alathia ex adverso:

Cur noctem revocas, Quid tu me fallere temptas?

Quod te destituunt vires, suspiria produunt.

Figge dies cursum, ne perdat virgo triumphum. [...]

[...] Und Pseustis begründet die These in ihrem ersten Teil, dass nämlich die Reform des kirchlichen Zustands unmöglich sei. Denn die Menge der Sündigen ist unveränderbar (Seneca in *De vita beata* 1). Und: *Sobald der Aethiopier seine Haut und der Gepard seine Punkte aendern kann, koennt auch ihr eure Schlechtigkeit aufgeben, die zu tun ihr gelernt habt* (Jer 13,23). *Denn es ist unmoeglich, dass keine Verfuehrungen kommen* (Luk 17,1). Fest bekräftige ich also, dass auf keine Weise eine Reform der allgemeinen Kirche vollzogen werden wird, wenn nicht zuerst der mächtige Antichrist fällt. „Denn dann *wird es eine Herde, ein Hirte sein* (Joh 10,16), wenn sich die Kirche zusammen mit der Synagoge und der Vielzahl der Völker zu Christus bekehren wird“, meint der ehrwürdige Meister Heinrich von Hessen im Traktat *De periculis ecclesiae novissimis*.

Dazu [sagt] Alathia ([d.h.] diese heilige Versammlung): Ich behaupte, o Pseustis, dass das, was du sagst, nicht schlechthin eine Unmöglichkeit, sondern [bloss] eine Schwierigkeit einführt. Denn *es ist schwierig, die Verkehrten zu korrigieren* (Pred 1,15 Vulg); *was bei den Menschen unmoeglich ist, ist aber moeglich bei Gott* (Mk 10,27 – wo die Schüler fragen, wer denn gerettet werden könne, weil Jesus gesagt hatte, wie schwierig es für einen Reichen sei, ins Himmelreich einzutreten); denn „was von allen begangen wird, bleibt an allen ungerächt“ (Chrysostomus, *Super Mattheum* 1); auch „wo alle schmutzig sind, wird der Gestank eines einzigen weniger gerochen“ (Bernhard, *Ad Eugenium* I gegen Ende).

Weil Pseustis damit im ersten Thema der Reform besiegt ist, wünscht er schon, dass die Sonne untergehe, weil er befürchtet, dass er in den anderen ebenso unterliege, und sagt gemäss Theoduls *Ecloga*: „Das Viergespann des Phoebus“, das heisst: die vier Teile des Tages, „welche Ursache zwingt es anzuhalten? Was säumst du, Abend? Die Wiesen haben die Ziegen gesättigt, alles Vieh ist am Wiederkäuen, doch Phoebus weiss nicht voranzuschreiten. Weiche, Tag, vom Himmel, denn die Jungfrau [Alathia] weiss nicht zu weichen.“ Worauf Alathia entgegnet: „Warum rufst du die Nacht zurück? Was versuchst du mich zu täuschen? Dass dich die Kräfte verlassen, verraten deine Seufzer. Halte am Lauf fest, Tag, damit die Jungfrau den Triumph nicht verliert.“ [...]